



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CDXXXVIII. Der Magistrat der Altstadt Brandenburg bittet den Bischof Stephan, die Errichtung und Dotierung zweier Altäre in der St. Gotthardskirche zu genehmigen, am 12. Jan. 1428.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**CDXXXVI.** Derselbe gestattet dem Propste die Domkirche auszubessern und zu bauen,  
am 28. Oct. 1426.

Wir Fridrich, von Gots Gnaden Marggrave zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Ertzkamrer und Burggrave zu Nürnberg, bekennen mit diesem offen Brief vor allermeinlich, wann für uns komen ist der würdig, unser lieber Getrewer, Herr Peter, Brobst zu Brandenburg, und uns underricht hat, wie die Türn, die Kirche und das Goteshawse zu Brandenburg vast pawfellig sein, und hat uns mit Flis gebetten, im zu gönnen und erlauben, das er das vorgebant Gotshawse an Kirchen und an dem Türn gepawen und gebessern müge nach Nothdürft: des haben wir angesehen der alten Fürsten, Marggraven zu Brandenburg Stiftung und Bestettigung des vorgnanten Goteshawfs und haben dem vorgnanten Brobst gegöndt und erlaubt das vorgechriben Goteshawse an Türnen und an Kirchen zu pawen und zu bessern, gönnen und erlauben im das auch mit Crafft ditz Briefs. Des zu Bekentnis haben wir unser Insigel an disen Brief tun hengen, der geben ist zu Bayrstorff, am Tag Symonis et Jude, nach Cristi Geburt, do man tzalt vitzehen hundert Jar und darnach im sechs und zwintzigsten Jaren.

Nach dem Original im Kurrn. Lehn- u. Copialbuche XIV, 39.

**CDXXXVII.** Bischof Stephan von Brandenburg transsumirt die Urkunde König Siegmunds, worin dieser dem Burggrafen Friedrich die Mark Brandenburg abgetreten hat, am 28. Dez. 1426.

Wir Stephan, von gotes gnaden Bischove czu Brandenburg Bekennen offenlichen mit diesem brief gein allermeniglichen — Das wir des Allerdurchluchtigsten fursten vnd herren hern Sigmundes des hiligen Rom. Reichs vnd zu Vngern etc. Königs vnfers gnedigsten herren vnuerferten — brief mit seiner koniglichen maiestat rechten ganczen vngesprehenhaftigen Insigel versigelt gesehen vnd lesen gehort haben, des Inhalte vnd lautte von anfang zu ende vnd von worte zu worte hie begriffen vnd also geschriben sten Wir Sigmund etc. Urkunde de MCCCCXV. — des zu Urkund vnd warer gezeugnis haben wir — Stephan, Bischove zeu brandenburg vnser Insigel hiran hengen lassen. Das ist gescheen czu Tangermunde, am Sonntag nach dem heiligen Cristtag, Nach cristi vnfers herren gepurte vierzehenhundert Jare vnd darnach in dem sechs vnd zweinczigsten Jare.

Nach dem im K. Geh. Kab.-Archive befindlichen Original, K. 3.

**CDXXXVIII.** Der Magistrat der Altstadt Brandenburg bittet den Bischof Stephan, die Errichtung und Dotirung zweier Altäre in der St. Gotthardskirche zu genehmigen, am 12. Jan. 1428.

Reverendo in Christo patri ac domino nostro, domino Stephano, episcopo Brandenburgensi proconsules et consules veteris civitatis Brandenburgensis etc. — Quoniam quidam Christi fideles pie defuncti, juxta doctrinam apostoli diem extreme messionis misericordie operibus prevenire cupientes in suorum ac progenitorum et filiorum ac successorum suorum animarum profectum et salutem

quandam summam pecunie, videlicet sexaginta sexagenas gr. Bohemicalium apud nos proconsules et consules antedictos pro cultu divini augmento disponendo precipue pro fundatione et dotatione duorum altarium in ecclesia parochiali beatorum Mathie et Godehardi fecere deponi bona fide, sinceriter et affectuose supplicantes, quatenus juxta eorum ultimas et extremas voluntates duorum novorum altarium edificationem et confectionem efficere nec non redditus predicta summa pecunie pro duorum clericorum, quibus eadem altaria committi contigerit, sustentatione emere comparare curaremus. Nos igitur predictorum supplicantium vota pia et ultimas voluntates prosequi ac ad ipsorum executionem in quantum in nobis est, studiosius procedere cupientes, duo altaria, unum videlicet in honorem sancti Thome apostoli, sancti Erasmi martyris ac beatorum Barbare ac Dorothee virginum, aliud vero in honorem preciosissimi corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi, sancti Andree apostoli ac beate Katherine virginis de novo fundantes consecrare procuravimus ac quodlibet eorum cum quatuor sexagenis gr. Bohemicalium per nos, proconsules et consules antedictos, successoresque nostros presbiteris in ipsis altaribus missas celebraturis annuatim in festo purificationis virginis gloriose in currenti moneta cottidie in promptu persolvendis dotavimus ac dotamus per presentes, eo tamen modo eaque conditione et forma adjectis, ut presbiteri in dictis altaribus missas celebraturi prefata duo altaria non in titulum sed ut capellani et manuales, et temporaliter quousque per nos ex causa tamen rationabili, ut videlicet, quia officium divinum negligenter aut alias inhoneste et non clericaliter se gesserint aut alias ex iuxta causa, quam paternitas vestra aut vester in spiritualibus vicarius cognoscet, fuerint ammoti aut eorum alter fuerit ammotus et paternitati vestre alii presentati seu alter presentatus fuerit, et per vos admissi vel admissus, optinere et regere debent, et quotienscunque aliquis talium temporalium vicariorum per paternitatem vestram ad aliquod dictorum altarium admissus fuerit, totiens ille sic admissus vobis et vestris successoribus triginta gr. Bohemicales loco mediorum fructuum persolvere et tradere debet. Quilibet etiam capellanorum et vicariorum huiusmodi prefate fraternitati vestre singulis annis tempore visitationis pro quinque fructibus ratione procurationis satisfacere juxta consuetudinem in solvendis procurationibus hactenus obtentam teneatur, debentque sub missa summa ad celebrandum missas — in prefatis altaribus esse ascripti nec non dicte parochialis ecclesie rectori in missis legendis et cantandis ac processionibus ac stationibus et aliis quovis modo iuxta statutorum synodaliu tenorem teneantur deservire et quod jus revocandi capellanos sive vicarios temporales ejusmodi et alium vel alios presentandi paternitati vestre totiens, quotiens opus fuerit et nobis et successoribus nostris videbitur expedire, modo tamen et forma supradictis ad nos et successores nostros, jus vero committendi regimen eorundem altarium ad paternitatem vestram et successores vestros pertinere debet. Unde eidem paternitati vestre duximus supplicandum humiliter deprecantes, quatenus ad dictorum altarium erectionem, fundationem et dotationem ac juris presentandi et revocandi capellanos etc. retentionem ceteraque omnia et singula supradicta juxta modum et formam preexpressas auctoritatem vestram ordinariam apponere eaque, prout superius expressa sunt, gratiose dignemini confirmare, premium ab illo, qui omnium bonorum precipue cultum divinum augmentum est largissimus retributor, copiose recepturi. In quorum testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum sub anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, secunda feria post epiphaniam domini.

Nach dem Originale.